Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36643
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

epitritus vocatus quod semper iii longas ha
beant sillabas et unam brevem. Sinzugie
autem sunt pentasillabi et exasillabi
pedes et dicti aput grecos sinzugie
quasi quedam declinationes. Sed hii non
sunt pedes sed appellantur pentasillabi
et exasillabi quia ultra v et sex sillabas
non procedit. Unde non oportet vocari
nomine has sillabas quae sibi excedunt nomina
ut cartaginensium ierosolimitanorum et
constantinopolitanorum. Accedit uni
cuique pedi arsis et thesis, id est elevatio
et positio vocis. Neque enim inter vocis pe
des dirigere potuunt nisi alterna vice
leventur et ponantur, ut arma: ar
elevatio est, ma positio. In his duobus
per divisionem pedes legitimi colliguntur.
Equa divisio est quotiens arsis et the
sis equali temporum divisione ceditur.
Dupla quotiens ex his unum alterum
duplo vincit. Sescupla vero est quotiens unum
alterum sescuplo superat. In simpla enim
eius parte unum plus invenitur. In du
pla unum minus habetur. Sescuplum enim
dimidium dupli dicitur. Triplum est quan
maior do pars est continet totum minus id est tertia
secundum. Epitritum est quando minus conti
net a maiore et eius tertia pars. Secun
tur vero pedum per equalitatem vel per duplum
vel per sescuplum vel per triplum vel per epitritum. Par
tiuntur ergo in equa hos pedes: Spondeum ıı
ıı Pirrichium uu Dactilum ıuu uuı Anapestum uuı
ı Dispondeum ıııı ıııı Proceleumaticum uu
uu uu Diiambum uıuı Ditrocheum ıuıu
ıuuı Antipastum uııu Coriambum ıuuı
Tertie dupla partiuntur hos pedes: Troche
um ıu Iambum uı Molosum ııı Tribra
chium uuu Ionicum minorem uuıı Ionicum

maiorem ııuu Amfibrachum uıu. Sescu
pli autem sunt hi: Amfimacrum ıuı Bachium
uıı Antibachium ııu Peon primus ıuuu Peon secundus
uıuu Peon tertius uuıu Peon quartus uuuı.
Restant quos epitrita partitione dividuntur:
Epitritus primus uııı Epitritus secundus ıuıı
Epitritus tertius ııuı Epitritus quartus ıııu.
Sunt equi x, dupli vero vi, triplus unus.
Unus vero tantum est qui tripla partitione
dividitur, qui est maxima, atque ideo
minimus metris adest. Sescupli vii, epi
triti iiii. Numerus autem sillabarum in pe
dibus a duobus usque ad sex pertenditur;
ulterius enim non procedit, quia usque ad sex
sillabas tenduntur pedes. Tempora in
pedibus sunt ut quanta unusquisque pes
habeat. Resolutio est pedum quando pro
una longa due breves ponuntur, aut
pro duabus longis iiii breves ponuntur,
ut sextaque intexunt abiete costas: ab
iete nunc resolutio est spondei in proceleu
matico. In qua resolutione semper finali
pha sequitur virgilii. Ex una autem longa
due breves fiunt, ex duabus autem bre
vibus longa numquam fit. Findi enim soli
da possunt, solidari scissa non possunt.
Figura est enim cum nota sillabe agnos
cuntur. Ubi enim circuli parte inferiore
bis positam aspicis, pirrichius est. Ubi i
geminam iacentem, spondeus. Nam no
ta brevis inferior semicirculus est,
nota longa i iacens est. Alterna in pedi
bus accedunt ut a trochea trochaicum ad dac
tilo dactilicum et a iambo iambicum, de quibus pau
lo post dicendum est. De accentibus.

Accentus qui grece prosodia dicitur
ex greco nomen accepit. Nam grece
pros latine ad, oden grece